Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad extra ordinariarum remedium pervenire non posse, si sit ordinarium, illud in nostro casu non procedit, nullum enim extraordinarium remedium continetur in constitutione nostra, q ordinarium est inter immediatos, vt appellatio et nullitatis actio inter mediatos. Deinde si regula illa iuris, nidi tunc te vera est hac constitutione omnino opus non fuisset. quilibet enim statutum etiammum hodie via ordinaria, si modo illa tantum est de qua Did loquitur, vti pt, statuis aut se noluisse adillam adstringi mens constituentium et verba constitutionis satis declarant. De subditis proprijs hac constitutione nihil prouisum est, id non sine ratione. siquidem manifestum est si subdit vel subditi alicuius bona, suo dno arrestent, et cautio iudicio sisti et iudicatum solui, prestetur arrestum cassandum, quod si non fiat, granatis succurri pro viam Appellationis.

Nam etsi a principio forte rasidum sit arrestum, tamen pstita sufficienti, et idonea cautione, iudicio sisti, et iudicatum solui, revocari debet. l. sed, natg Consulto. 16. ff. de officio pfidis. l. si fideiussor. 7. 9. vlt: ff. q satisdare cogant. l. vlt: C. de ordine Cognitionum, l. litibg 19. C. de agricolis et censitis

520